

- 34 Judicaria potestas quoad omnes res humanas, convenit Christo secundum utramque naturam, 3. q. 59. 4. o.
- 35 Angeli trahuntur ad iudicium pro cul- toditis qui damnantur, non quidem ut rei, sed ut testes, 1. q. 113. 7. ad 4.
- 36 Omnes homines iudicabuntur, quoad receptionem praeii, vel punitionis, sed perfecti, & infideles non iudicabuntur iudicio disculsiōis, 3. q. 56. 2. ad 4.
- 37 Necessè est esse generale iudicium in fine mundi, praeter iudicium particulare quod fit in morte, 3. q. 59. 5. o.
- 38 Dies iudicii quae erit tempore secundi adventus Christi, quod aetati comparatur, quando sol maxime exaltatur, est nota soli Deo, 3. q. 46. 9. 3. ad 3.
- 39 Universale iudicium futurum est, s. q. 88. 1. c. o.
- 40 Ultimum iudicium futurum est mentaliter, s. q. 88. 2. c. o.
- 41 Conveniens est ut cognitio finis mundi soli Deo reservetur, s. q. 88. 3. o.
- 42 Probabile est Christum descensurum ad iudicandum circa montem Oliveti, s. q. 88. 4. o.
- 43 Iudicabunt perfecti viri cum Christo, s. q. 89. 1. c. o.
- 44 Non cullibet pauperi datur iudicaria potestas, sed ei qui omnibus relictis, Christum secutus fuerit, iuxta perfectionem vitae, s. q. 89. 1. c. o.
- 45 Non competit angelis iudicare, s. q. 90. 3. o.
- 46 Probabile est quod daemones damnatos torquebunt, s. q. 89. 4. o.
- 47 Omnes in iudicio comparebunt, s. q. 89. 5. o.
- 48 Beati omnes quantum ad praemiorum retributionem iudicabuntur, quantum vero ad meritum disculsiōem, qui notabilem alicujus mali meriti admixtionem habent, non iudicabuntur; ad illi qui negotiis terrenis sunt implicati, ita tamen ut sua peccata per elemosynas expiant, iudicabuntur, s. q. 89. 6. c. o.
- 49 Infideles condemnabuntur, cum in eis nullum sit fidei fundamentum, s. q. 89. 7. c. o.
- 50 Angeli non iudicabuntur iudicio disculsiōis, sed bene retributionis, s. q. 89. 8. o.
- 51 Congruum est, ut Christus secundum humanam naturam sit mundum iudicaturus, s. q. 90. 1. c. o.
- 52 Ut in ultimo iudicio in gloria sua appareat, s. q. 90. 2. o.
- 53 Cum Deus sit essentialiter ipsa bonitas, non potest sine gaudio videri, s. q. 90. 3. c. o.
- 54 Conveniens est sicut homo glorificatus erit, sic & mundum ipsum post iudicium innovari, s. q. 91. 1. c. o.

- 55 Homine glorificato motus coeli cessabit, divina voluntate id faciente, s. q. 91. 2. c. o.
- 56 Corpora caelestia majorem claritatem accipient in illa innovatione, ut quasi sensibiliter Deus ab homine videatur, s. q. 91. 2. c. o.
- 57 Cum oporteat corpora inferiora maxime perfecti secundum claritatem, in qua communicabunt cum caelestibus corporibus, elementa induentur claritate quadam, non autem aequaliter, s. q. 91. 4. o.
- 58 Cum plantae & animalia non possint ordinari ad incorruptionem, non remanebunt in illa mundi innovatione, s. q. 91. 5. c. o.
- Judith laudatur, non quia mentita est Holo- pherni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi; pro qua periculis se exposuit: quamvis dici possit, quod verba ejus veritatem habent secundum aliquem mysticum intellectum, 22. q. 10. 3. ad 3.
- Jugè sacrificium fiebat mane & vespere quotidie, figurans perpetuitatem divine beatitudinis, & perpetuitatem Christi, qui est agnus Dei, 12. q. 102. 4. ad 10. 3. q. 22. 3. ad 3.
- Jumentum seu pecus, dicitur omne animal serviens homini, 1. q. 72. ad 2.
- Juramentum est actus religionis, seu la- tric; quia honorabilissimum est, 22. q. 89. 4. o.
- Jurare est Deum in testem vocare, propter defectum locutionis & cognitionis humanae, ideo non fit in necessarii, 22. q. 89. 1. o. 3. 4. c. o. q. 98. 1. c. o.
- 3 Jurare est implorare testimonium Dei, ut exhibendum, sed allegare sacram scripturam, sed uti testimonio Dei jam dato, 22. q. 89. 1. ad 1.
- 4 Juramentum Dei, & angeli sacra scri- ptura inducitur ad ostendendum infallibilitatem dispositionis divinae de aliqua re, non autem propter defectum dicti sui, 22. q. 89. 10. ad 4.
- 5 Juramentum secundum se licitum est, & honestum, scilicet ratione originis & finis, sed cedit in malum alicui, ex eo quod male utitur eo, id est, sine necessitate & cautela debita, vel quia imminet periculum perjuri, quia de facili homo in verbo delinquit, 22. q. 89. 2. o. 3. c. o.
- 6 Quaritur ad subveniendum alicui defectui, quo scilicet unus homo alteri discredit; ideo juramentum non est per se apperendum, sed tantum in necessitate, ut medicina uten- dum est eo, 12. q. 107. 2. c. o. ad 3. 3. q. 108. 3. ad 1. item 22. q. 5. 3. ad 1. item q. 89. item 3. c. o. item 5. o.
- 7 Debet habere tres comites, scilicet veritatem, iudicium, & justitiam, 22. q. 89. 3. o. 3. q. 98. 3. ad 1.
- 8 Jurare per creaturas non licet nisi secundum

- rum quod in eis veritas divina, vel effectus testificationis ejus ostenditur, sicut juravit Joseph pro salute Pharaonis, scilicet vel per modum execrationis, quasi salutem Pharaonis obligaverit Deo, vel per modum contestationis, quasi contestando veritatem divinae justitiae, ad cujus executionem principes terrae constituuntur, 22. q. 89. 6. o.
- 9 Assumuntur ad juramentum aliqua creatura, non quidem secundum se, sed inquantum in eis divina veritas manifestatur, sicut juramus per Evangelium, id est, per Deum, cujus veritas in Evangelio manifestatur, & per sanctos qui hanc veritatem crederunt & observaverunt, 22. q. 89. 6. c. o.
- 10 Solum hominem jurare per caput suum, aut per filium suum, aut per aliquam aliam rem quam diligit, sicut & Apostolus juravit in animam suam, 22. q. 89. 6. c. o.
- 11 Punitur per canones clericus per creaturam jurans, quod ad blasphemiam infidelitatis pertinet, eo quod dominus prohibuit jurare per creaturas, ita scilicet quod eis adhibeat reverentia divina, 22. q. 89. 6. ad 1.
- 12 Juramentum duplex, scilicet assertorium, id est de praesenti vel praeterito; & promissorium, id est de futuro, 22. q. 89. 1. c. o. 3. 7. c. o.
- 13 Juramentum duplex, scilicet per simplicem contestationem Dei, & per execrationem, scilicet obligando se, vel aliquid sui ad poenam, 12. q. 89. 1. ad 3. 3. 6. c. o.
- 14 Deus dupliciter est testis in juramento, scilicet manifestando veritatem in mente, vel impublico, & puniendo mendacem, 22. q. 89. 1. ad 3. 3. ad 3.
- 15 Jurare per Deum secundum se est majus, quam jurare per evangelia, sed ratione majoris solemnitatis, & majoris deliberationis, est e converso, 22. q. 89. 10. ad 2. 3. q. 98. 3. ad 3.
- 16 Obligatio voti causatur ex fidelitate ad Deum, ideo est major, quam obligatio juramenti, quae est ex reverentia Dei, 22. q. 89. 8. c. o.
- 17 Juramentum obligat, secundum intentionem jurantis sine dolo, alia obligat, secundum secundarium intellectum ejus cui juratur, 22. q. 89. 7. ad 4.
- 18 In juramento promissorio, est duplex obligatio, scilicet ad peccatum, si desit veritas, & obligatio ad faciendum illud quod promissum; sed in juramento assertorio est tantum prima obligatio, 22. q. 89. 7. c. o. ad 3.
- 19 Juramentum coactum obligat in conscientia, non autem in foro contentioso; tamen potest repetere, vel denunciare superiori, etiam si oppositum jurasset, 22. q. 89. 7. ad 3. 3. q. 98. 3. ad 1.
- 20 Cum quis jurat facere voluntatem alte-

- rius, vel promittit, intelligenda est debita conditio, si id quod ei mandatur licitum sit, & honestum, & portabile, sive moderatum, 22. q. 98. 2. ad 3.
- 21 Juramentum & votum, cum vergunt in deteriore exitum, vel cum sit illicitum, non debet servari, 22. q. 88. 2. ad 2. 3. 10. c. 3. 12. ad 2. 3. q. 89. 7. o.
- 22 Jurans aliquid illicitum facere, vel jurans abstinere à bono, ut à religione, non obligatur servare illud; sed est perjurus ipso facto, 22. q. 89. 7. c. o. ad 2. item 9. ad 3. 3. q. 98. 1. ad 1. item ad 2.
- 23 Novus civis obligatur servare juramenta civitatis, ex fidelitate, non autem ex juramento, quia est actio personalis, 22. q. 98. 2. ad 4.
- 24 Canonici jurans servare statuta collegii, tenentur ad statuta futura, ex vi eorum, non autem ex juramento, nisi hoc intenderit, 22. q. 98. 2. ad 4.
- 25 Ille cui juratur, potest liberare à juramento promissorio, quoad utilitatem ejus, non autem quoad utilitatem aliorum, nec quoad honorem Dei, 22. q. 89. 6. ad 2.
- 26 Quilibet potest irritare juramentum sui subditi, circa ea quae subduntur ejus potestati, ut pater vel maritus, 22. q. 89. 9. ad 3.
- 27 In juramento assertorio non potest dispensari, nec in promissorio secundum se, sed tantum ratione materiae indebitae, 22. q. 89. 9. c. o.
- 28 * Si dubium est, an sit licitum, vel proficuum quod juratum est, potest à quolibet episcopo dispensari; si autem sit licitum manifeste, non videtur dispensabile, nec commutabile, nisi occurrat aliquid melius ad communem utilitatem, quod ad Papam maxime pertinet, 22. q. 89. 9. ad 3. 3. q. 98. 3. ad 1.
- 29 Jurans debet esse jejunus, nisi in necessitate, 22. q. 89. 10. o.
- 30 In festo non licet jurare pro re temporalis, nisi forte ex magna necessitate, sed jurare pro re spirituali licet, 22. q. 89. 10. c. fin.
- 31 Pueri & perjuri non coguntur jurare quia jurarent sine reverentia, nec sacerdotes, nisi in necessitate, & pro re spirituali, 22. q. 89. 10. o.
- 32 Recipere juramentum per falsos deos à disposito sic jurare, licet secundum Augustinum, non autem licet inducere, 22. q. 78. 4. c. o. 3. q. 98. 4. ad 4.
- 33 Cogens jurare quem seipse peccat, peccat mortaliter, nisi sit persona publica, ut iudex, qui requisitus tenetur ad hoc, 22. q. 98. 4. o.
- Jurium videtur idem esse quod rixa, 22. q. 41. 2. c. o. item ad 2.
- Quilibet habens jurisdictionem, potest ea quae sunt jurisdictionis committere, 22. q. 187. 1. c. o.

1 Jus primo impositum est ad significandum rem iustum, secundum artem qua cognoscitur, tertio iudicium, quarto id quod redditur à iudice, 22. q. 57. 1. ad 1.

2 Proprie est obiectum iustitiæ, lex autem ratio ejus scripta, 22. q. 57. 1. o. & q. 60. 1. c.

3 Jus vel iustum est opus adæquatum alteri, secundum aliquem æqualitatis modum, 22. q. 57. 1. 2. c. & q. 59. 2. o.

4 Jus divinum est quod divinitus promulgatur, & est duplex, scilicet naturale, & positivum, 22. q. 57. 2. ad 3.

5 Jus naturale est conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur homo ad convenienter agendum in propriis actionibus, 12. q. 91. 2. o. & q. 96. 2. ad 3.

6 Primo continetur in lege æterna, secundario vero in naturali iudicatorio rationis humanæ, 12. q. 71. 6. ad 4.

7 Semper & ubique habet eandem potentiam, sed per accidens propter aliquod impedimentum potest variari, 12. q. 94. 5. 6. o.

8 De jure naturali est quod maleficia puniuntur, sed determinatio ejus est de jure positivo, 22. q. 85. 1. ad 1.

9 Jus positivum derivatur à jure naturali, 12. q. 91. 2. o. & q. 3. 4. c.

10 Voluntas bona potest facere jus & iustum, de aliquo indifferenti, non autem contra jus naturale, 22. q. 57. 2. ad 2. & q. 60. 5. ad 1. & ad 2. q. 66. 7. c.

11 Jus divinum non tollit jus humanum, quod est ex naturali ratione, 22. q. 10. 10. c. & q. 12. 2. c.

12 Jus positivum variatur secundum diversas hominum condiciones, in diversis temporibus, 12. q. 91. 5. ad 1. & q. 6. c. & q. 96. 2. c. & q. 104. 3. ad 2.

13 Jus duplex, scilicet naturale, & positivum, 12. q. 95. 4. c. & 22. q. 57. 2. o. & q. 60. 5. c.

14 Naturale dupliciter scilicet à natura immediate, ut principia, & mediate, ut conclusio. Primum est idem apud omnes, nec unquam deficit, non autem secundum, 12. q. 94. 4. 5. 6. o.

15 Dicitur dupliciter, scilicet quod ex natura sua absolute est alteri adæquatum, & ut eo aliquid consequitur. Primum convenit omni animali, secundum autem soli homini, & est jus gentium, 12. q. 95. 4. ad 1. & 22. q. 57. 3. o.

16 Aliquid dicitur de jure naturali dupliciter, scilicet ad quod natura inclinatur, & cujus contrarium natura non induxit, 12. q. 94. 5. ad 3.

17 Jus positivum duplex, scilicet jus gentium, & jus civile, primum derivatur à lege naturali, ut conclusio, secundum vero per modum determinationis, 12. q. 95. 4. c. ad 1.

18 Jus dicitur dupliciter, scilicet simpliciter,

idest æquatum, & secundum quid ideat inæquatum, & hoc est triplex, scilicet dominativum, paternum, & œconomicum, 22. q. 57. 4. o. & q. 58. 7. ad 3.

1 Justitia dicitur dupliciter, scilicet proprie, ideat virtus, quæ est rectitudo actus; & metaphorice, ideat rectitudo ordinis in partibus hominis, 12. q. 21. 3. c. fin. item q. 46. 7. ad 2. & q. 55. 4. ad 4. & q. 100. 2. ad 2. & q. 113. 1. c. & 22. q. 30. 1. ad 2. & q. 58. 2. o. item q. 106. 3. c.

2 Duplex, scilicet generalis, ordinans ad bonum commune, & justitia particularis, ad personas singulares, 12. q. 60. 3. o. & q. 113. 1. c. & 22. q. 33. 1. ad 1. & q. 58. 5. 6. 7. o. & 12. c. & q. 59. 1. o. & q. 61. 1. c. & q. 79. 1. c. & q. 81. 8. ad 1. & q. 102. 1. ad 3.

3 Dicitur generalis dupliciter, scilicet causaliter, & per prædicationem; prima est justitia legalis, differens realiter à qualibet alia virtute; secunda est virtus in communi, ut imperata à justitia legali, differens ab aliis virtutibus secundum rationem tantum, 12. q. 60. 3. ad 2. & 7. c. & 22. q. 58. 6. o. & 7. c. & q. 79. 2. ad 1.

4 Duplex, scilicet civilis, ideat acquisita, & justitia infusa; prima potest esse sine gratia, non autem secunda, 12. q. 10. 12. c.

5 Est habitus, secundum quem aliquis constant, & perpetua voluntate jus suum unicuique tribuit, 22. q. 58. 1. o.

6 Est virtus, 22. q. 58. 3. o.

7 Quandoque vocatur veritas, quia est rectitudo impreffa voluntati à rectitudine rationis, quæ dicitur veritas, 22. q. 58. 4. ad 1.

8 Non est rectitudo essentialiter, sed causaliter tantum, 22. q. 58. 1. ad 2.

9 In quadam æqualitate consistit, 12. q. 114. 1. c. & 22. q. 57. 1. c. ad 3. & q. 62. 2. c. & q. 122. 1. c. & 3. q. 85. 3. c.

10 Est perpetua ex parte objecti, non autem ex parte actus, 22. q. 58. 1. ad 3. & ad 4.

11 Proprie est semper ad alterum suppositum, sed metaphorice est ad se, secundum diversas partes, 22. q. 57. 2. c. & 4. o. & q. 58. 1. 2. 8. c. ad 3. & q. 9. c. & q. 59. 1. c. & 3. ad 2. & q. 67. 3. c. & q. 106. 3. ad 1. & q. 122. 1. c.

12 Justitia legalis, in quantum respicit bonum commune ut proprium obiectum, est virtus specialis secundum suam essentiam, & sic est in Principe principaliter, & quasi architectonice, sed in subditis est secundario, & quasi ministrative, sed est generalis causaliter, & secundum voluntatem suam, in quantum ordinat actus omnium virtutum, ad bonum commune, 22. q. 58. 6. c. & q. 60. 1. ad 4.

13 Vindicta quæ fit auctoritate publicæ potestatis, secundum sententiam iudicis pertinet ad justitiam commutativam, sed quam quis facit proprio motu, non tamen contra legem, vel quam

quam requirit à iudice, pertinet ad vindictivam virtutem justitiæ adjunctam, 22. q. 80. ad 1.

14 Virtutes autem adjunctæ seu annexæ justitiæ, secundum Tholomæum sunt sex, scilicet religio, pietas, gratia, vindictio, observantia, & veritas; sed secundum Macrobius sunt septem, scilicet duæ primæ prædictæ, innocentia, amicitia, concordia, affectus, & humanitas; & secundum alios sunt quinque, scilicet obedientia, disciplina, æquitas, fides, & veritas; & secundum Andronicum sunt novem, scilicet bona commutatio, legispositiva, eugnomolyna, eusebia, eucharistia, sanctitas, liberalitas, benignitas, & vindictiva, 12. q. 60. 3. o. item 22. q. 80. o. item q. 122. 1. c.

15 Religio est potissima pars justitiæ, secunda vero est pietas, 22. q. 122. 1. c.

16 Justitiæ correspondet donum pietatis, 22. q. 121. princ.

17 Species justitiæ particularis duplex, scilicet commutativa, & distributiva, 1. q. 21. 1. c. & 12. q. 60. 3. ad 3. & 22. q. 61. 1. c.

18 In pertinentibus ad justitiam omne superfluum dicitur lucrum, & omne minus dicitur damnum, quia justitia prius fuit exercita & communis exercetur in voluntariis commutationibus, in quibus hæc proprie dicitur, 22. q. 58. 11. ad 3.

19 Materia justitiæ particularis duplex, scilicet materia proxima, ut passiones, & operationes; & materia remota, scilicet res exteriores, 21. q. 58. 8. c. & q. 9. ad 2.

20 Justitia particularis habet materiam specialem, scilicet operationes exteriores, quæ sunt ad alterum, 12. q. 60. 2. c. & q. 61. 3. c. & q. 100. 2. c. & 22. q. 58. 8. c. & 10. 11. c. & q. 59. 1. ad 3. & q. 30. c. item q. 60. 3. ad 3. & q. 61. 3. c. & q. 79. 1. 3. c. & q. 85. 3. ad 1.

21 Justitia particularis non est circa passiones animæ; sed justitia legalis est circa eas, licet principaliter sit circa operationes exteriores, 22. q. 58. 9. o.

22 Materia justitiæ non est ille ad quem est justitia; sed res quæ distribuuntur, vel commutantur; 3. q. 85. 3. ad 1. & q. 122. 1. c.

23 Eadem est materia remota justitiæ commutativæ, & justitiæ distributivæ, non autem materia propria, 22. q. 61. 3. c.

24 Justitia quoad legem regulantem est in ratione, vel in intellectu; sed quoad imperium, quo opera regulantur secundum legem, est in voluntate, 1. q. 21. 2. ad 1. & 12. q. 56. 6. c. & q. 57. 2. c. & q. 61. 2. c. & q. 66. 1. 4. c. & q. 85. 3. o. & 22. q. 55. 8. c. & q. 58. 4. c. & 5. ad 2. & 8. ad 1. & q. 12. c. & q. 100. 1. ad 2. & q. 85. 4. c.

26 Omnes partes justitiæ, & omnia opposita earum, sunt subjective in voluntate, 22. q. 100. 1. ad 2.

27 Justitia per redundantiam est in qualitate potentia animæ imperando, non autem essentialiter, 22. q. 58. 8. ad 1.

28 Justitia & caritas sunt essentialiter in beatis, non autem patientia; sed tantum secundum fructum, 22. q. 136. 1. ad 1.

29 Reddere unicuique quod suum est, est proprius actus justitiæ, nec convenit alii virtuti, nisi in quantum conjungitur justitiæ, 1. q. 21. 1. c. & 22. q. 58. 11. o. & q. 66. 3. 5. c. & q. 101. 3. c.

30 Facere bonum & declinare à malo sunt quasi partes integrales justitiæ particularis, generalis, & legalis; sed diversimode, 22. q. 79. 1. o.

31 Actus omnium virtutum pertinent ad justitiam legalem, in quantum ordinant eos ad bonum commune, 12. q. 61. 5. ad 4. & 22. q. 58. 5. c. & q. 102. 1. ad 3.

32 Usus recte rationis maxime apparet in justitia; & usus indebitus in vitis oppositis, 22. q. 55. 8. c.

33 Dare inæqualia æqualibus ex debito est contra justitiam; non autem dare sine debito, ex liberalitate, 1. q. 65. 2. ad 3.

34 Sola justitia inter alias virtutes importat rationem debiti, 12. q. 99. 5. ad 1.

35 Virtus existens ad alterum dupliciter deficit à ratione justitiæ scilicet deficienti do à ratione debiti, vel à ratione æqualis, 22. q. 80. c.

36 Modestia circa res exteriores attendit solum moderationem, justitia vero attendit debitum, 22. q. 143. ad 3.

37 Pietas est ad patriam, ut ad principium nostri; justitia vero legalis respicit bonum patriæ, secundum quod est bonum commune, ideo justitia legalis magis habet quod sit virtus generalis, quam pietas, 22. q. 58. 101. 3. ad 3.

38 Justitia legalis movet per imperium ad suum finem omnes alias virtutes morales, 22. q. 58. 6. c. & q. 101. 3. ad 3.

39 Justitia attendit debitum unius hominis ad alium, cæteræ vero virtutes attendunt debitum inferiorum virtutum ad rationem, 12. q. 100. 3. ad 2. & 22. q. 67. 1. c.

40 Est circa operationes ad alterum, sub ratione debiti legalis, amicitia vero sub ratione debiti moralis, vel beneficii gratuiti, 22. q. 23. 3. ad 3.

41 Justitia post prudentiam nobilior est omni alie virtutis morali; deinde fortitudo, & post has temperantia, 12. q. 66. 1. c. & 4. o. & q. 68. 7. c. & 22. q. 58. 12. o. & q. 123. 12. o. & q. 141. 8. o. & q. 181. 1. ad 1.

42 *Justitia & fortitudo sunt simpliciter digniores temperantia, quia de meliori bono sunt, scilicet communiori; sed est de converso, secundum quid, quia temperantia est circa difficultius, & frequentius, 22. q. 141. 8. o. & q. 142. 3. ad 1.*

43 *Justitia & temperantia numquam sumuntur in malo, ut prudentia, quia important aequalitatem, & concupiscentiarum refrenationem, ex quibus laus est virtutis, 22. q. 55. 1. ad 1.*

44 *Originalis justitia erat ex hoc, quod corpus subiciebatur animae, & potentiae inferiores subiciebantur rationi, & ratio subiciebatur Deo, 1. q. 94. 1. c. & 2. q. 2. c. & q. 95. 1. 3. c. & q. 96. 1. c. & 12. q. 81. 5. ad 2. & q. 82. 3. c. & q. 85. 3. 5. c. & q. 89. 3. c. & q. 164. 1. c. & 22. q. 61. 2. c. & q. 164. 3. c. & 3. q. 27. 3. c.*

45 *Erat justitia naturalis, non quasi causata ex principis naturae; sed quasi propaganda cum natura, 1. q. 100. 1. c. ad 3. & 12. q. 81. 2. c.*

46 *Reverentia voluntatis est quasi formale in originali justitia, reverentia autem aliarum potentiarum est quasi materiale ejus, 1. q. 95. 1. ad 5.*

47 *Originalis justitia non poterat esse sine gratia gratum faciente, 1. q. 95. 1. o. & q. 100. 1. ad 2.*

48 *Prius erat in essentia animae, quam in potentiis ejus, 12. q. 83. 2. ad 2.*

49 *Et prius erat in voluntate, quam in aliqua alia potentia, 12. q. 82. 3. c.*

50 *Justitia distributiva est in Deo, non autem justitia commutativa, 1. q. 21. 1. o.*

51 *Justitia Dei est veritas, 1. q. 22. 2. o.*

52 *Justitia Dei duplex, scilicet condecencia bonitatis ejus, & retributio pro meritis, 1. q. 21. 1. ad 3.*

53 *Præsupponit rationem bonitatis ejus, & dicit specialem actum communicationis, non autem bonitatis ejus, nisi in generali, sed dicit perfectionem naturae ejus, 1. q. 21. 1. ad 4.*

54 *Totus ordo justitiae Dei reducitur generaliter ad voluntatem Dei, 3. q. 46. 2. ad 3.*

55 *Ordo universi demonstrat justitiam Dei, sicut ordo cujuslibet multitudinis demonstrat justitiam sui gubernantis, 1. q. 21. 1. c.*

56 *Deus potest agere præter justitiam, scilicet præmiando ultra meritum, & puniendo citra condignum, sed non potest agere contra justitiam, de potentia ordinata, 12. q. 113. 3. ad 1.*

57 *Hominis ad Deum, servi ad Dominum, patris ad filium, non est justitia, nisi secundum similitudinem, 12. q. 114. 1. c. & 22. q. 57. 4. c. & q. 58. 7. ad 3. & q. 85. 3. ad 2.*

1 *Justificatio nominatur ad justitiam, ut dicit reverentiam ordinis hominis ad Deum & patrum hominis inter se, non autem ad justitiam par-*

ticulari, vel legali, 12. q. 100. 2. ad 1. & q. 113. 1. o.

2 *Potius nominatur ad justitiam, quam ad charitatem, vel fidem; quia fides & charitas dicunt ordinem specialem mentis humanae ad Deum, secundum intellectum vel affectum; sed justitia importat generaliter totam reverentiam ordinis, 12. q. 113. 1. ad 2.*

3 *Proprie est factio justitiae, quoad habitam, vel est executio actus ejus; sed improprie est significatio, vel dispositio ejus, 12. q. 100. 12. o.*

4 *Justificatio impij est motus mentis, quo anima à Deo movetur de statu peccati ad statum justitiae, 12. q. 113. 1. 5. c. c.*

5 *Justificatio in fieri dicit motum ad justitiam, sed in facto esse est effectus ejus formalis, 12. q. 113. 5. c.*

6 *Fit in instanti, 12. q. 113. 7. o. & 8. c.*

7 *Tota justificatio impij originaliter consistit in infusione gratiae; quia per eam, & per liberum arbitrium movetur, & culpa remittitur, 12. q. 113. 7. c. & 8. c. ad 1.*

8 *Justificatio non quidem simpliciter, sed justificatio impij, est idem quod remissio peccatorum, 12. q. 113. 1. o. & 6. ad 1.*

9 *In justificatione impij infusio gratiae & remissio culpae sunt unus actus numero secundum substantiam, sed differunt secundum terminos, 12. q. 113. 6. ad 2.*

10 *Vocatio dicit auxilium Dei moventis interioris, & excitans mentem ad deferendum peccatum; ideo non est remissio peccatorum, nec est justificatio, sed est causa ejus, 12. q. 113. 3. ad 3.*

11 *Justificare impium est majus, quam creare celum, vel terram, ratione termini, & repugnantiae; sed est de converso, ratione modi, 12. q. 113. 9. o. & 3. q. 43. 4. ad 2.*

12 *Est majus secundum quantitatem proportionis, quam glorificare, sed absoluta est de converso, sicut gloria major est quam gratia, 12. q. 113. 9. o.*

13 *In justificatione impij remissio peccatorum prior est naturaliter infusione gratiae, secundum ordinem causae materialis, sed de converso secundum alias tres causas, 12. q. 113. 8. o.*

14 *Motus fidei est primus, 12. q. 113. 4. c.*

15 *In justificatione prior est ordine naturae infusio gratiae; secundo motus fidei in Deum; tertio motus contra peccatum; quarto remissio culpae, licet omnia sint in eodem instanti, 12. q. 113. 8. o. & 3. q. 85. 6. c. ad 3.*

16 *In justificatione motus liberi arbitrii in peccatum est prior motus ejus in Deum, ordine materiae; secundum alias autem tres causas est de converso, 12. q. 113. 8. c. & 3. q. 85. 6. c. ad 2.*

17 *Motus liberi arbitrii contra peccatum in*

in justificatione prior est infusione gratiae, ordine materiae; sed est de converso, ordine formae, 12. q. 113. 8. o.

1 *Infusio gratiae requiritur ad justificationem; 12. q. 113. 2. o.*

2 *Requiritur etiam remissio culpae, & novitas vitae per gratiam, 12. q. 113. 1. 6. o.*

3 *In habentibus usum rationis preparatio qua homo facit quod in se est, requiritur ad justificationem, non autem in carentibus usu rationis, 4. d. 17. q. 1. a. 2. & q. 1. o.*

4 *In habentibus usum rationis requiritur ad justificationem motus liberi arbitrii consentientis, non autem causantis, 12. q. 113. 3. o. & 4. 5. c. & 3. q. 86. 6. ad 1.*

5 *Ad justificationem impij requiritur duplex motus liberi arbitrii, scilicet detestatio peccati, & desiderium justitiae Dei, 12. q. 113. 5. c. & 7. ad 1. & ad 2. & 3. q. 86. 2. c.*

6 *Ad eam requiruntur quatuor, scilicet infusio gratiae; motus liberi arbitrii per fidem in Deum, detestatio peccati, remissio culpae, 12. q. 113. 6. o. & 3. q. 86. 6. ad 1. & ad 2. & q. 88. 2. c.*

7 *Requiritur etiam motus fidei, & concurrat charitas, timor, & humilitas, 12. q. 113. 4. o. & 3. q. 86. 6. ad 1. & ad 3.*

1 *Actus misericordiae operatur contra peccatum dupliciter, scilicet vel per modum satisfactionis; vel per modum preparationis; primo modo actus misericordiae sequitur justificationem; secundo vero modo praecedit eam, vel concurrat cum aliis virtutibus requisitis, 12. q. 113. 4. ad 1.*

9 *Deus est principalis causa justificationis; Passio Christi est causa meritoria. Sacramenta ecclesiae sunt causa instrumentalitatis. Fides vero est conjungens instrumentum causae principali, 3. q. 64. 3. c.*

10 *Non est inquirenda ratio, quare Deus aliquos justificet, & liberet à peccato, & alios relinquat in peccatis, 1. q. 23. 7. c. ad 2. & 12. q. 98. 4. ad 2. & q. 106. 2. ad 3.*

11 *Resurrectio Christi est causa instrumentalitatis, & exemplaris resurrectionis animarum, scilicet justificando eas, 3. q. 56. 2. o. & q. 62. 5. ad 1.*

12 *Resurrectio Christi est causa justificationis, quantum ad terminum ad quem, sacramenta vero & passio Christi, quantum ad terminum à quo, 3. q. 56. 2. ad 4. & q. 59. 2. ad 3. & q. 62. 5. ad 3.*

13 *Justificatio appropriatur attributo misericordiae Dei, sicut revelatio futurorum sapientiae ejus, 1. q. 45. 6. ad 3.*

14 *Manifestat justitiam Dei, sicut causam exemplarem; misericordiam vero, ut causam efficientem; sed bonitas creaturae manifestat bonitatem Dei utroque modo, 1. q. 45. 6. ad 3.*

15 *Justificari dicitur tripliciter, scilicet quoad reputationem, executionem, & causam; sed opera legis justificabant primo modo & secundum; non autem tertio modo, 12. q. 100. 12. c.*

16 *Oppositum videtur dici quoad opera legis, 3. q. 62. 6. ad 3. & q. 70. 4. o.*

17 *Omnia praecepta veteris legis justificabant disponendo, & figurando, non autem causando habitum; sed actum justitiae, 12. q. 98. 4. c. fin. & ad 2. & q. 100. 12. c.*

18 *Praecepta caeremonialia non justificabant, nisi ex obedientia & devotione, idest, non continebant justitiam, nisi in generali. Moralitatem vero justificabant in speciali, secundum generalem justitiam. Judicialia autem in specie, secundum specialem justitiam; sed praecepta legis humanae secundum justitiam acquisitam justificant, 12. q. 98. 1. o. & q. 112. o. & q. 103. 2. o.*

18 *Lex nova continet duo, scilicet gratiam principaliter & documenta & praecepta secundario. Ratione primi justificat, non autem ratione secundi, 12. q. 106. 2. c.*

1 *Justi sunt nobilissimae partes universi; ideo omnia bona, & peccata sua & aliorum profunt eis, 1. q. 27. 7. c.*

2 *Deus specialiter dicitur Deus justorum tripliciter, scilicet ex speciali cura, cultu, & premio, 1. q. 23. 7. c.*

3 *Nihil permittit evenire, quod finaliter impediat salutem justorum, 1. q. 22. 2. ad 4.*

L

1 *Abor manualis, sive corporalis, vel mechanicus prohibetur ad literam tertio praecepto decalogi, ut praecepto specialitatis, sed mystice quoad cessationem à peccatis; ut praecepto generali, 22. q. 122. 4. ad 12. & ad 3. & q. 187. 3. c.*

2 *Ordinatur ad quatuor, scilicet ad victum, ad otium vitandum, contra concupiscentias, & ad elemosinas, 22. q. 187. 3. c.*

3 *Est utilis ad tria, scilicet contra futurum, contra cupiditatem boni alieni, & contra turpia negotia pro victu, 22. q. 187. 2. c.*

4 *Lachryae causantur ex tristitia, & aliquando ex affectu tenerrime, praecipue cum consideratur delectabile cum tristabili, ut ex devotione, 22. q. 82. 4. ad 3.*

5 *Lamech non evasit reatum homicidii occidens hominem quem credidit bestiam, quia non adhibuit diligentiam, 22. q. 64. 8. ad 11.*

6 *Lamina aurea inventa est super pectus gentilis mortui de fide ejus, & dicitur: Christus natuscetur ex Virgine, & ego credo in eum; O sol sub irenae, & Constantini temporibus iterum me videbis, 22. q. 2. 7. ad 3.*

7 *Laree quaerit concupiscentia propter turpitu-*